

Universitätsbibliothek Wuppertal

Titi Livi Ab urbe condita libri

Buch XXIII

Livius, Titus

Berlin, 1907

Perioche

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2062](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2062)

T. LIVI

AB VRBE CONDITA LIBRI XXIII PERIOCHA.

Campani ad Hannibalem defecerunt. nuntius Cannensis victoriae Mago Carthaginem missus anulos aureos corporibus occisorum detractos in vestibulo curiae effudit, quos excessisse modii mensuram traditur. post quem nuntium Hanno, vir ex Poenis nobilibus, suadebat senatui
 5 Carthaginiensum, ut pacem a populo Romano peterent; nec tenuit obstrepente Barcina factione. Claudius Marcellus praetor ad Nolam eruptione adversus Hannibalem ex oppido facta prospere pugnavit. Casilinum a Poenis obsessum ita fame vexatum est, ut lora et pelles
 10 seutis detractas et mures inclusi essent. nucibus per Vulturum annem a Romanis missis vixerunt. senatus ex equestri ordine hominibus centum nonaginta septem suppletus est. L. Postumius praetor a Gallis cum exercitu caesus est. Cn. et P. Scipiones in Hispania Hasdrubalem vicerunt et Hispaniam suam fecerunt. reliquiae Cannensis exercitus in Siciliam relegatae sunt, ne decederent inde nisi
 15 finito bello. Sempronius Gracchus consul Campanos cecidit. Claudius Marcellus praetor Hannibalis exercitum ad Nolam proelio fudit et vicit primusque tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit. inter Philippum, Macedoniae regem, et Hannibalem societas iuncta est. praeterea in Hispania feliciter a P. et Cn. Scipionibus,
 20 in Sardinia a T. Manlio praetoribus adversus Poenos res gestas continet, a quibus Hasdrubal dux et Mago et Hanno capti. exercitus Hannibalis per hiberna ita luxuriatus est, ut corporis animique viribus enervaretur.

Abweichungen vom Text der Jahnschen Ausgabe
(Lipsiae MDCCCLIII).

1. *defecerunt*] NP; *defecere* Jahn mit ed. pr. — 6. *Barcina*] jüng. Hdschr.; *barcinae* Jahn mit N. — 10. *centum nonaginta septem*] CXCVII N; vgl. 23, 23, 7: *centum septuaginta septem*. — 13. *decederent*] NP; *recederent* Jahn. — 18. *Cn. Scipionibus, in Sardinia a T.* hinzugefügt nach Jahn. — 20. *praetoribus*] NP; *praetore* Jahn.